



**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla LIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](#)

debeat. in l. cum te. nū. 6. C. de donat. ante nupt. & in re  
brica. C. de cond. furti.

2 Fallit etiam quando uestimentis legatis, ornamentis  
per eis essent prohibita, quia cū separari nō possint uen-  
uestes in legato uenirent. Ita sing. Bal. in d.l. cum te. nū.  
6. ad fin. C. de donat. ante nupt. & uide cano. in c. indica-  
tem de testibus.

### R E G U L A L V I I I .

1 Legatarius in bonis testatoris habet tacitam hypothecam ut l.i. C. communia de legat. ibi non ab re etiam no-  
bis uisum est hypothecariam donare actionem. hoc idem  
tenet Bal. ibi. col. 4. uersi. quæro si testator pro legato. R.  
pa in l.i. in fine. ff. de leg. i. Negus. in tract. de pignore &  
membro. ii. par. princip. i. 5. cas. ii. ampl. Roma. sing. 593.

1 Fallit quando legatum rei alienæ est factum coniunctio-  
personæ, quia nullam habet hypothecam in re legata,  
sed hæres tenetur præstare extimationem rei legatae  
cundum tex. in l. cum alienam. C. de legat. & l. prædicta  
sequen. C. de fideicom. Bal. not. in consl. 84. testamentum  
uol. 2. quod not.

2 Fallit etiam quando legatum consistit in bonis imobi-  
libus, quia tunc legatario cōpetunt 3. actiones. uidelicet  
actio ex testamento rei uendicatio, & hypothecaria ad  
legatum consequendum. sed in terdum peritur missio  
in possessionem rei legatae cum litteris Duca. d. supradic-  
tis rectoru de extra. pro ut quotidie fit. & ita praticatur,  
licet aliqui teneant, quod legata debent capi de manu  
hæredis. & q̄ talis missio debet reuocari per tex. in l.i. C.  
communia de legat. ibi in rem quidem missionem aboli-  
ti. Guid. Papa. q. 483.

### R E G U L A L I X .

3 Legatum reuocatur propter inimicitiam emergentem  
inter testat. & legatariu. tex. est in l. iij. §. ff. de adm. leg.

I Fallit

- 1 Fallit 1. quando legatarius ignoranter incidisset in ini  
miciam cum testatore, quia tunc legato non priuaretur.  
Ita Bal. in c.i. uersi. pone quod uasallus, quibus mod. feud.  
amit. ubi si uasallus insultat dominum quem ignorat esse  
dominum suum feudo non priuatur, quia error & igno  
rancia excusat. l.res. C.de crimin. expillat. hæredit. & uide  
quæ dixi in tract. meo ad def. in causis capit. fol. 14. nu. 50.  
in uersi. error ubi multa accumulauit.
- 1 Fallit etiam 2. quando inimicitiae processissent culpa  
defectu testatoris. Ita tenet Bar. in l. cum tabulis §. i. ff.  
qib. ut indign. Ias. in l. si filiam tuam. in princ. nu. 2. C.de  
noff test. Pet. Ger. in sing. nu. 5. quod not.
- 1 Fallit etiam si legatarius occideret testatorem reper  
tum in actu uenereo cum uxore legatarii, quia tunc non  
priuatur legato, ut Pet. Gir. in d. sing. nu. 5. quod not.

## R E G U L A . L X .

- 1 Legatis bonis alicui mulieri, quæ sui usus ea præpara  
tunt. non censentur legata ea quæ sunt parata causa com  
munis cum altero. Ita tex. in l. legatis. ff. de legat. 2. & l.  
in l. censoria. ff. de uerb. signifi. Roman. sing. 638. Legans  
uxori, & uide Bal. in l. pomponius. §. sed & is. ff. de procu  
rat. & Pet. Gerard. sing. 44. fol. 334.
- 1 Fallit in uxore quia bonis sibi legatis etiam ea ueniunt  
quæ parata sunt gratia communis. ut sing. in l. cum quæ  
teretur. §. lana. ff. de leg. iiij. ut puta in lana & lino quæ spe  
stant mulieri, secus in ijs rebus quæ sunt in promiscuo  
usu. ut in glo. d. §. lana. quæ nota & obserua. & ita tenent  
Bar. Ral. & doct. in d. l. legatis, de leg. 2. ut bonis legatis,  
ea uenire dicuntur quæ sunt propria testatoris, tantum &  
non quæ sunt communia cum aliis, & est communis, &  
hoc ideo Bal. in d. §. sed & is. ff. de procurat. ponit casum  
de sententia; quem diligenter considera. & tu considera  
tex. in l. si quis seruos. ff. de leg. 2. ubi serui legati etiam  
communes continentur. quem tu considera.

F 3 R E G V -